



Reuerendi Patris P. Hieremiæ Drexelii e Societate Iesu Opera omnia

Duobus nunc Voluminibus comprehensa, & libellis ante hac non editis
aucta ; Illvstrata, Indicibvs Moralibus, Locorum S. Scripturæ, Capitalium
Mysteriorum fidei, Rerum, & Concionum quouis anni tempore habendarum
; Congestis Et Compositis Methodo prorsus, alijs Auctoribus inusitata ; Sed
Theologis ...

Drexel, Jeremias

Antverpiæ, 1643

29. Resurrectionis fides.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77028](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-77028)

Eternitatis Prodromi Caput III.

77

solus illeque tenuis in me halitus vixit, volo ut singula respiraciones meae ad usque ultimam, pro voce sint, illudque iussu hoc meo significant & flagitent: Mane mecum Domine, Domine mane mecum.

§. 28. Moribundus animatur.

Cum non lubet multa legere, en tibi paucos versiculos, levando fastidio, & animo firmado non parum utiles. Cogita Cyprianum haec tibi velut in aurem insusurrare: Cum morimur ad immortalitatem transgredimur; nec potest vita aeterna succedere, nisi hinc contingerit exire: non est exitus iste, sed transitus, & temporalis itinere decurso ad aeterna transgressus. Quam praepoterum est, quamque perversum, ut cum Dei voluntatem fieri postulemus, quando evocat nos & accersit de hoc mundo Deus, non statim voluntatis ejus imperio pareamus? Nitimur, reluctamur, & per vicacium more servorum ad conspectum Domini cum tristitia & moreore perducimur, exeuntes istinc necessitatis vinculo, non obsequio voluntatis. Et volumus ab eo praemiis caelestibus honorari, ad quem venimus invit? Quid rogamus & petimus, ut adveniat regnum calorum, si captivitas terrena delectat? Quid precibus frequenter iteratis rogamus & poscimus, ut accelleret dies regni, si maiora desideria & vota potiora sunt, servire istici diabolo, quam regnare illic cum Christo?

Tunc est pax Dei servis, tunc libera & tranquilla quies, quando de istis mundi turbinibus extracti, sedis & securitatis aeternae portum petimus, quando ex puncta hac morte ad immortalitatem venimus. Cum videre Christum, gaudere sit, nec possit esse gaudium nostrum, nisi cum viderimus Christum, quae cecitas animi, quae dementia est, amare pressuras, poenas & lacrymas mundi, & non festinare potius ad gaudium, quod nunquam possit auferri?

Mors est ad immortalitatem transgressus.

Hoc invit moribundus occurrat.

Cypr. serm. de mortalit.

Gaudere, est Christum videre.

Mors est mortalium portus.

Caro cum anima premium accipiet.

§. 29. Resurrectionis fides.

Caro haec nostra jam vivit, brevi reditura ad argillam suam, ad vagum pulverem; etiam in sterquilini bestias, in quibus & venena ruminet, etiam post naufragia in aliquem piscium censum; in culices, tinea, locustas & formicas; in subterranea, in subaquea, in vesperugines & noctuas; demum in quas non refingitur bestias? Et post haec omnia eadem caro inget: quae ante per tormenta laniata, quae per ignes abierat in favillas, coronabitur. Nec tu mihi hic cogita aliam carnem à priore, nisi Deum velis injustum, qui aliam mercede donet, quam quae vicerit: aliam considerare secum faciat in caelestibus, quam quae sudaverit: quasi alterius sint praemia, quam cujus fuerint agones & certamina. Eadem per omnia anima quae in hac carne pugnavit, stetit, Deum didicit, Christum induit, salutis spem seminavit, fructum meret. Eadem omnino caro quae omnem hunc vitae ordinem cum anima decurrit, alit, astuavit, sanguinem fudit, cum eadem sociâ animâ premium accipiet. Idem fuit Lazarus post quadriduanum sepulchrum, & ante, Idem filius post laceratas matris lacrymas, & ante: Idem Christus post monumentum, qui ante. Nec ullum sepultura senium, Deo aut potestatem adimit, aut bonitatem tardat. Eadem est divitis lingua quae delitiis pascitur, & quae flammis puniatur, ac de digito animae felicioris expectat solatium roris: ita eadem per omnia caro, quae saeculo gaudente luxit, saeculo lugente gaudebit, ut nulla jam sit de scelere fortunata, de probitate misera, cum singulae restituantur, ut pro meritis demeritisve in hac vita, supplicii vindicentur aut praemii donentur in futura. Inspice figuram; argillam vario ignis temperamento, in robustio-

Tom. I.

Arem laxiorem recoquit materiam, aliamque ex illâ fingit formam. Non poterit Deus eandem argillam, eadem quâ quondam spiritus tui aurâ, erigere in vitam? aut qui olim musculos ut glebas, ossa ut faxa, papillas ut calculos, venarum ramulos discursus, nervorum traduces, medullarum thesauros, ex illâ ipsâ argillâ formaverat, non poterit eadem ex eadem effingere? aut major fuit divini vis Numinis in virgine adhuc argillâ, minor in viduâ, post recessum semel animae connubium? cur eadem quâ antè formatâ manu, non eodem animetur quo antè afflatu? An quia quod perierit semel, semper perire necessum sit? quâ id lege? Intuere, ne te ad sublimiora deducam, universum hunc revolvibilem rerum ordinem; testatio is est redeuntis hominis. Intuere, omnia redeunt cum abscesserint. Hinc redortur luna specula quae menstruus numerus attriverat: revolvuntur hyemes & aestates, verna & autumnus cum suis vicibus: reducuntur solis & stellarum radii, quos matutina represserat claritas, aut nocturnae tenebant tenebrae. Vites juraveris mortuas, & non nisi lignum ignibus aptum: sed has denuo animari videmus, & post spolia densius etiam vestiri: & ferè quae frigis exterminaverat, ea restituit aestas cultiora, feceratio quodam interitu. Etiam in alite nobili documentum. Phoenix de singularitate miraculum, non sine decedens, succedit iterum Phoenix. Non quod haec per omnia exprimentur humanae vicis reparationem, sed quod nos manu quasi ducant ad illam. Vis signatus documentum? Habemus pignus in Christo, in quo usurpamus celum & Dei regnum. Vis in homine? Caro prope computruit in Lazaro, caro surrexit: sanè sine animâ jacet, surrexit cum illâ. Et in illo Dominici montis secessu, Moyses & Elias Apostolis agnoscibiles facti, alter in imagine carnis nondum receptae, alter in vestite nondum defunctae, eandem tamen validitatem corporis etiam in gloria perseverare docuerunt. Imò & ipsae animae jam solitariae, licet è gurgustio corporis eruperint in apertum, ad meram puramque suam lucem, tamen nihil aliud, suae felicitatis jam securae suspirant, quam superindui hoc pulvere, consuare cum hac connubiali sociâ, carne, vitam nullâ pugna solvendam: ut qui simul pugnaverunt, Christus finiant in praemii & gloria paritate, cum hic pulvis immortalitatem induet nobili demutatione, Christo duce, qui vexit in caelum carnem & ossa, pignus & documentum futurae integritatis.

Non disputo, quid de hac ave sentiam.

Quomodo Moyses & Elias Apostolis agnoscibiles facti.

Non igitur tristemur, cum vetusta domus corrui, resurget longè pulchrior. Non solum sine causâ creditur, sed & sine causâ vixit, qui se ad hoc solida natum credidit, ut periret.

§. 30. Spes Resurrectionis, solatium maximum.

Iobus innumeris ærumnis parè jam sepulcris, ingenti tamen alacritate animi cantans: Scio, inquit, quid redemptor meus vivet, & in ultimo die de terrâ surrecturus sum. Et rursum circumdabor pelle meâ, & in carne meâ videbo Deum Salvatorem meum. Quem visurus sum ego ipse, & oculi mei conspiciuntur, & non alius. Reposita est haec spes mea in sinu meo. Christus velut per dialogismum respondens Iob. c. 11. Jobo: Ego sum, inquit, Resurrectio & vita, qui credit in me, v. 25. etiam si mortuus fuerit, vivet.

Veniet iterum, veniet qui nos in lucem reponat dies (nil certius) & ideo equo animo debemus exire redituri.

In ultiore Indiâ volucrum esse narrat, cui nomen Nicol. Causa Semenda, ortu simillimam Phœnici, triduo rostro, sensuque se morituram, eam igitur deferre ligna in nidum, canillare suaviter, alarum percussu struem congestam incendere, ipsam eo igne consumi, indeque vermiculum gigni qui postea in avem crescat. Luculentum Resurrectionis symbolum, si omnia ex fide narrentur.

Romanus Orator Minucius, rei Christianae magnus lux in suo propu-

Minuc. Fa- lux in suo propu-